



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Modi LX Sacrae Orationis variè Formandæ

Kojałowicz, Kazimierz Wijuk

Antverpiae, 1668

Modus Vigésimus Quintus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69292](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69292)

tum imperium, ne iterum, per vitia jugo dæmonis
 subiecti: audiamus 2. Paral. 12. Hæc dicit Domi-
 nus *Vos reliquistis me, & ego reliqui vos: non jam, ut
 sciatis distantiam, servitutis meæ, & servitutis regni
 terrarum, sed regni Christi & regni diaboli.*



MODUS VIGESIMUS QUINTUS.

UNus actus, ad diversa objecta, intentio ad fi-
 nes, factum ad tempora refertur; ut si de mise-
 ricordia Dei locuturus; dicas, de misericordia in
 peccatores, pænitentes, & justos: aut de justitia di-
 cturus; dicas qualis exerceatur in præfenti, & qua-
 lis in futura vita. Similiter sententiam illam ten-
 tatoris in Dominicam 1. Quadrag. *dicite lapides isti
 panes fiant Matth. 4.* referre posses, ad diversos sta-
 tus hominum, qui circa jejunium tentantur, V. g. Co
 ad statum eorum, qui simpliciter à jejunio avocan-
 tur. His enim persuadere conatur tentator, ita
 non esse necessarium homini jejunium, sicut non
 sunt necessarii ventriculo lapides; ut docere au-
 sus impius Calvinus, contra quem cum Christo
 tota clamat Ecclesia *Rursum* ad statum eorum,
 quibus suadet indulgere sibi per dispensationes in-
 niquè obtentas; aut alio modo in jejunio. A tali-
 bus enim exigit: ut lapides, panes fiant, hoc est ri-
 gor temperetur, durities emolliatur. Denique ad
 statum quibus, aliud cum nequeat persuadere, sua-
 det

MODVS VIGESIMVS QVART. 131

det cum jejunio, excessum in frugalitate, sive per cibũ, sive per potum, quem excessum notant Commentatores in plurali dictione, *lapides & panes*; cũ Christo Domino reficiendo, panis sufficere posset, & non esset opus panibus. Vide Velasc. ad Philip.

P R A X I S.

Dominica tertia post Pascha.

Tristitia vestra vertetur in gaudium Joan. 16.

Accessus & Propositio. Est cur agamus gratias Deo Domino, quod nos, de tristitia vertenda in gaudium monuerit. Timendum enim erat, ne multi ploratu & fletu, ab ejus obsequio deterrentur. Interea, ut hoc ipso solatio certius fruamur, expendamus. Quando hæc mutatio tristitiæ, in gaudium, servis Dei obvenire soleat.

Confirmatio, debet constare, referendo factum, aut faciendum ad tempora.

Et si meritò, huic interrogationi, Quando tristitia servorum Dei mutetur in gaudium? iri possit obviam, illo Christi Domini Responso, *None est vestrum nosse tempora.* Neque enim determinate sunt vices adversitatis, & prosperitatis: nihilominus ex modo quo Dominus solet procedere nobiscum, tempus quo tristitia vertatur in gaudium, observatum est. Et

Primo, Tempus illud ipsum, quo afflictiones, & tribulationes, tam interne, quam externæ invadunt. Aesse enim tunc, protinus, servis suis consuevit. Pater misericordiarum, eosque mirè solari, ut de ipsa afflictione maximè gaudeant, eam ament, & in ea se oblectent; quod fit per lumen speciale de Deo providentiâ. omnia adversa immitti agnoscunt; & susculantur boni filii manum Patris plectentis, & mantque voluntatem ejus, secum fieri. Quia respiciunt magnitudinem Majestatis: flectunt colla humiles, & libentes. Quia intelligunt bonitatem; sciunt sibi omnia cooperari in bonum, & jexultant; corpore quidem gementes, spe autem gaudentes, & cum August. Psalm. 53. in geminantes. *Planè calcavit, plane tribulavit, sed quid mihi fecit? uva eram, vinum ero.* Huc respexit David cum dixit Psalm. 4. *In tribulatione dilatasti mihi.* Huc Abacuc, cum exclamavit Cap. 3. *Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat: ut requiescam in die tribulationis, ut ascendam ad populum accinctum nostrum, hoc est, parum curo quod afflictionibus tanquam putredine, usque ad ipsa ossa corrodat: quando in hac ipsa tribulatione, requiem invenio, natam præsertim ex spe, quod ascendam ad populum accinctam nostrum, beatorum, scilicet, cum Deo triumphantium. Hinc illud D. Teresix. *Domine, aut mori, aut pati.* Hinc D. Ignatii Societatis nostræ Parentis. *Pluris se facere & estimare minimum granum tribulationis pro Deo sustentata, quam omnes totius orbis delicias.* Hinc Xave-*

Xave-

Xaverii in mediis laboribus, & periculis. Satis est Domine, satis. Aut me jam tolle de hac vita, aut noli tanta mole opprimere gaudiorum &c.

Secundo est Tempus alterni successus, prosperorum post adversa, Phæbi post Nubila, cujus mensura à nobis definiri non potest, adventus sperari potest. Hac ratione mutata tristitia Job 42. quando *Dominus benedixit novissimis Job*, magis quàm principiis ejus, item tristitia Josephi, quando à fratribus venditus, familiæ Potyphari est præpositus: ac rursus in carcerem projectus, ex carcere ad primum Ægypti vocatus Gen. 45. Tristitia Davidis; à Saule primum ejecti, mox in regnum ab universo populo Israel vocati: ab Absolone rursus pulsati, & rursus cum summa gloria regno restituti 1. Reg. 2. capite. Tristitia Mardochei Escher 4. Tristitia Tobiaë quando factus cæcus 2. II. & rursus visum recipit II. versic. 14. Quod Abraham montem illum in quo Isaacum immolare est prohibitus appellaverit. Deus videt, docet scriptura Gen. 22. & subjungit: Unde usque hodie dicitur: *In monte Dominus videbit*. Hæc verba, D. Hier. in traditionibus Hebræorum, ait abiisse in proverbium, ut locus omnis, qui tentationi, qua probatur virtus serviret, diceretur *In monte Dominus videbit*. Intellegat hæc Christianus, intelligat servus DEI: ut quando tristatur: cogitet, id sub oculis clementissimi Domini fieri: & in monte, de quo dictum *Deus videt*: ac proinde spem certam concipiat, quod tristitia ejus vertetur in gaudium. Admirandas enim, & semper servis Dei amicas, oculus Dei

134 MODUS VIGESIMUS QUINT.

in eos intentus, mutationes facit: Vidit Dominus humilem Virginem, & fecit Dei Matrem & Beatam inter omnes. Vidit publicanum & fecit sanctum? Vidit in telonio, & collocavit in Apostolice solio. Vidit Magdalenam peccatricem, & fecit peccatorum patronam. Beati, quos Deus oculis suo dignatur; nihil est quod ab ejus intuitu beneficii sperare non possint, adeoque ut etiam tristitia vertatur in gaudium.

Tertio & principaliter. Tempus quod finit omnino tempus, & beatam inchoat aeternitatem! quando, ut ait D. August. Serm. de S. Laurentio *licet claudere in momento oculos, quibus mundus videtur; aperire eos statim, ut Deus videatur.* O felix mutatio! cui accinit Psal. 29. *Convertisti planctum meum in gaudium mihi; conscidisti saccum meum, & circumdediti letitia.* De hac apud Job. cap. 5. *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima, non tanget malum.* Sex tribulationes, sunt tribulationes 6. dierum quibus hebdomadae, & vita nostra perficiuntur septima, est beatæ aeternitatis, ut explicat P. Menoch. Eandem describit Apocalyp. 21. *Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, etiam non erit amplius, neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, quia priora abierunt.* Tum perfecte implebitur quod dixit Propheta Psal. 84. *Et plebs tua, letabitur in te.* In te, qui cum summum bonum sis, summum gaudium præstas. In te, qui cum aeternum bonum sis, aeterno gaudio oblectas. In te, qui deficere nequeas, in deficiente gaudio recreas. Sit vel unus Lazarus è mille, tam felicitis mutationis specimen, quem

quem

MODUS VIGESIMUS QUINT. 135

quem D. Chryso. Ser. 66. cum ejus tristitiam describens, *pauperem, exutum corpore, vestitum panis dixisset; tandem de ejusdem tristitiæ mutatione in gaudium sic ait. Hinc est, quod recipit, pro doloribus requiem, pro opprobrio gloriam, pro contumeliis honorem, pro despectu gratiam, pro panis immortalitatem, pro vulneribus premia, pro siti, refrigerii fontem, pro fame, celestis mensa delicias sempiternas & quem diutius angulus non cepit, sinus Divina consolationis includit.* Audiant hoc tristes quia gaudebunt, audiant lugentes, quia consolabuntur. Tu vero dives ait idem, *fulgens quondam purpurâ, nunc tegere fimo, pro coccino vestire flammis, pro molli discubitu, sustine tormentorum dura, pro lautis ferculis, epulare pœnas, copias inopiâ pensa, ebietates, sibi digere, pro odoribus aspergere fœtore, & cui astiterunt voluptatis obsequia, astent tibi ministerianunc pœnarum.*



MODUS VIGESIMUS
SEXTUS.

IN duas partes, dividitur oratio, in quarum prima, tractatur de ipsa quasi substantia & natura rei; in altera, de ejus proprietatibus, aut circumstantiis, Exempli gratia si primo quis agat, de mysterio, magnitudine, excellentia Incarnationis, tum de ejus proprietatibus, quod sit facta post consensum Virginis, quod hominibus, imo & spiritibus